



**De Ebrietate Vitanda Aurelii Augustini Hippomensis Episcopi,
tomo decimo, ex opere sermonum de tempore : Admonitio
valde grauis, & Christiano homini necessaria in illis maxime?
prouincijs, vbi diabolica potandi consuetudo no[n] sine
certissima animaru[m] perditione inoleuit.**

<https://hdl.handle.net/1874/424363>

DE EBRIE:

TATE VITANDA D. AVRELII AUGUSTINI Hippomensis Episcopi, tomo decimo, ex opere sermonum de tempore. Admonitio valde grauis, & Christiano homini necessaria, in illis maximè prouincijs, vbi diabolica potandi consuetudinò sine certissima animarū perditione inoleuit.

ESIAE 5.

V& qui potentes es̄tis ad bibendum
dum vinum, & fortes ad miscendo
dum ebrietatem.

ADDITIONES
ADDITVS EST
sermo S. Basilij Magni
de Luxu & ebrie-
tate.

ITEM SENTEN-
tiæ Patrum de eadem
materia.

AD CHRI-

stianum lectorem.



Abes tres doctos,
et p̄ij̄simos de ui-
tanda ebrietate ser-
mones ex libris D.
Aurelij Augustini,

pio studio atq; animo Christiano,
sine ulla additione desumptos, et
pro multorum cōmoditate de nouo
scorsim impressos, ut omnes, qui
detestabili potandi scelere sunt infe-
cti et contaminati, cognita p̄essimis
delicti grauitate, per tam sancti ui-
ri fidelem, et seueram admonitio-
nē ad correctionem et emendatio-

A ij nem

nem excitentur. Nam si diutius in
tam fado luto, & spurcissima dia-
boli cloaca, propter pernicioſiſio-
mā ad æquales haustus bibendi con-
ſuetudinē, inhærere uoluerint, cor-
pus simul et animam ſine dubio ma-
le perdent. Quapropter per con-
gruam poenitentiam, dum tempus
habemus, ad immensam Dei miser-
icordiā ſupplices cōfugiamus, pla-
cantes eleemosyna, abſtinentia, &
precibus iustum indignationem, &
ultricem iram eius, ne incidamus in
manus uiuentis Dei, perpetuis ge-
henne incendijs, ſine remiſſione eri-
andi. A quo certiſimo periculo,
nos opacæ libertate dignetur cle-
racere.

mentissimus & misericors Deus,
Dominus noster IESVS CHRIS-
TUS, cum quo patri sim-
mul, & spiritui sancto
gloria, laus, & honor
in secula seculo
rum Amen.

A *iiij* VERBA

V E R B A
C H R I S T I C O N -
tra Ebrietatem.

Lucæ xxii.

A ttendite autē vobis,
ne grauent̄ corda ve-
stra in crapula & ebrieta-
te, & curis huius vitæ, &
superueniat in uos repen-
tina illa dies. Tanquā la-
queus .n. superueniet in
oēs, qui sedent super faciē
oīs terræ. Vigilate itaq;
omni tempore orantes, ut
digni habeamini fugere
ista oīa, quæ futura sunt,
et stare ante filiū hominis.

V E R B A

VERBA PAVLI
ad Rom. cap. xiiij.

Non in cōmēssationib-
us & ebrietatibus,
non in cubilibus & im-
pudicitījs, non in conten-
tione & æmulatione: sed
induamini Dominum Ie-
sum Christum, & carnis
çuram ne feceritis in desi-
derijs.

A iiij DE

DE EBRIE-
TATE VITAN-
DA, DOMINICA XVII.
post trinitatis, Sermo
ccxxxij.

LIcet propitio Chri-
sto, fratres charis-
simi, credam vos
ebrietatis malum,
velut inferni fo-
ueam expauescere, & non so-
lum ipsis non velitis amplius
bibere, sed nec alios adiura-
re, vel cogere, plus quam oport-
et, accipere: tamen non po-
test fieri, nisi sint aliqui negli-
gentes, qui sobrij esse non ve-
lint.

līnt. Vos, qui semper conuiuiā
sobria exhibetis, nolite ad no-
stram iniuriam reuocare, quia
nobis necesse est, aliquos ebrio-
sos arguere. Cūm enim, fratres
charissimi, ebrietatis malum sit
graue vitium, & Deo odibile,
ita per vniuersum mundum à
pluribus in consuetudinē mis-
sum est, vt ab illis, qui Dei præ-
cepta cognoscere nolunt, iam
nec putetur, nec credatur esse
peccatum: in tantū, vt in con-
uiuijs suis irrideant eos, qui mi-
nus bibere possunt, & per ini-
micam amicitiā adiurare ho-
mines non erubescunt, vt po-
tum amplius accipiant, quàm
oportet. Qui enim alterum co-
git, vt se plus quàm opus est, bi-

A v bendo

bendo inebriet, minus malum
ei erat, si carnem eius vulnera-
ret gladio, quam animam eius
per ebrietatem necaret. Et quia
corpora nostra terrena sunt,
quomodo pluvia nimirū gran-
dis et diuturna si fuerit, terra in-
funditur, & in lutū resoluitur,
vt nulla in ea cultura possit fie-
ri: sic & caro nostra, quando
abundantiori potu fuerit ine-
briata, nec spiritalem culturam
accipere, nec fructus animę ne-
cessarios poterit exhibere. Et
ideo, quomodo omnes homi-
nes sufficientem pluviā in
agris suis accipere desiderant,
vt & culturam valeant exerce-
re, & de fructuū vbertate gau-
dere; ita et in agro corporis hoc
tantum

tantum deberent bibere quod
opoiteret , ne per nimiā ebrie-
tatem ipsa corporis terra , velut
in paludē conuersa , magis ver-
mes & serpentes vitiorum ge-
nerare , quam fructus bonorum
operum possit afferre . Omnes
enim ebriosi tales sunt , quales
paludes esse videntur . Quod
enim in paludibus nascatur , nō
ignorat charitas vestra , totum ,
quod ibi nascitur , nullū fructū
habere cognoscitur . Nascuntur
ibi serpentes , sanguisugæ : nasci-
tur ibi ranæ , & diuersa genera
vermiū , qnæ magis horrore pos-
sunt generare , quam aliquid , qd
ad vietū proficiat , exhibere . Istæ
. n. herbæ vel arbores , que aut in
ipsis paludibus , aut circa ripas
earum

earum nasci solent , nihil utilitatis habere videntur, in tantū, ut in annis singulis incēdio cōcrementur. Videte, qd de ebrietate nascitur , igni præparatur. Tales enim sunt, sicut iam dixi, omnes ebriosi , quorum prandia ducuntur usq; ad noctem, quorum cænas lucifer videt , qui stare non possunt , etiam cùm videntur esse iejuni, quorū sensus tardī , graues , obtusi , & quodammodo iā sepulti. Deniq; in ipsa frequenter ebrietate, nec se ipsos , nec alios recognoscunt , nec ambulare valēt, nec stare, dicere aliquid vel audire, quod ad rationē pertineat, omnino nō possunt. Frequent etiam usq; ad vomitum ingurgitare

gitare se nō erubescit, et ad mē
suras sine mēsura bibere. Maio-
ra. n. pocula prouidentur, certa
bibendi lege cōtendit: q̄ poterit
vincere, laudē meretur ex cri-
mine. Inde lites & rixæ nascun-
tur: inde diuerfis, & horrendis
saltationibus membra torquē-
tur: inde adulteria, & nonnun-
quam homicidia perpetrantur;
& quoties minimum potū ac-
cipiunt, tanquam in paralyſim
resoluti, dum suis pedibus am-
bulare non possunt, fædissima
latera, aliorū manib⁹ portan-
tur ad lectū. Et est in illis ocu-
lorū caligo, vertigo, fatigatio,
& dolor capitis suffusio vultus,
membrorum omnium tremor:
anima, ac mentis stupor. In ta-

libus

libus impletur , quod scriptum
est : Cui vx , cui tumultus , cui
Pro. 23 iræ , cui rixæ , cui sine causa vul-
nera , cui suffusio oculorū ? Nō-
ne his , qui morantur in vino : et
eis , qui inuestigant , vbi potis-
fiant , & student calicibus epo-
tandis . Sed illi , qui tales esse vo-
lunt , miserabiliter se excusare
conantur , dicentes : Ingratum
habeo amicum meum , si quo-
ties illum ad conuiuium vo-
cauerō , potum ei , quantum vo-
luerit , ipse non dedero . Et non
sit tibi amicus , qui te Deo vult
facere inimicum , qui & tuus &
suus est inimicus . Si et te et aliū
inebriaueris , habebis hominem
amicum , habebis Deum inimi-
cum . Et ideo sapienter consi-
dera ,

dera, si iustū sit, vt te à Deo se-
pares, dum te ebrioso coniun-
gis. Ad extremum tu eum noli
adiurare, noli cogere, sed in po-
testate illius dimitte, vt quantū
sibi placuerit, bibat: & si se ine-
briare voluerit, vel solus pereat,
& non ambo pereatis. O infeli-
citas generis humani, quām
multi inueniuntur, qui ebrio-
sos, et luxuriosos ampli⁹, quām
oportet, cogunt bibere, & ante
ostium pauperibus potentibus,
vel vnum calicem dissimulant
dare: nec attendunt, quia illud,
quod luxuriosis videntur inge-
rere, Christus in pauperibus des-
beret accipere, qui dixit, Quod
fecistis vni ex minimis meis,
mibi fecistis. Sed qui tales sunt
quando

quādo alios in nimio pōtu se-
pelunt , pauperi eleemosynam
petēti dicunt : vade, vade inan-
te, & dabit tibi Deus. Et vtiq;
dum ambulauerit homo, ei da-
turus est. Quid est ergo , quod
dicit vade , vade inante , & da-
bit tibi Deus, nisi vade ad illum
hominem , qui habet Deum ,
quia daturus est Deus. Ac sic
ore suo ipse confitetur apud se
Deum non esse: quo inspirante,
possit erogare pauperibus. Ro-
go, fratres charissimi, diligenter
attēdite, & videte, quia quando
animalia duciuntur ad aquam,
vbi saturauerint sūtim suā , etiā
si supra aquam ipsam diutius
teneantur , repleta siti , bibere
nolunt omnino , nec possunt.

Confide-

Considerent ebriosi , si non
peiores animalibus iudicandi
sunt. Cùm enim animalia am-
plius, quàm eis opus est, bibere
nolunt, illi & duplum , &
plum quàm eis expedit potum
accipiunt. Et vnde trium ,
aut quatuor dierum refectio-
nem potuerant rationabilem
habere , vno die cum grandi
peccato contendunt perdere
potius , quàm expendere pro-
pter inuidiam, aut ebrietatem :
atq; vtinā potum tantummo-
do perderent, & non etiam ipsi
perirent. Quantum mali in se
habeat ebrietas, rex magistrum Exod.
pistorum cruci appendi fecit 320.
propter inuidiam , aut ebrieta-
tem. Populus autē Iudeorum,

Eccle.

¶ 9.

Pro. 23

de quo scriptum est, Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere: postquam vinum, plusq; oportebat accipit, idola sibi fabricari fecit, & in honore ipsorum idolorum cepit phrenetico choros ducere more, diuersis saltationibus membra torquere. Herodes quoq; ubi nimio vino concavuit, ad vnius puellæ saltationem sanctum Ioannem Baptistam interfecit. Quid adhuc de ebrietatis malo nascatur, spiritus sanctus per Salomonem testatur, dicens: Vinum, inquit, & mulieres apostatare faciunt à Deo sapientes, & arguunt sensatos. Et iterum, Ne intuearis vinum, quando flauescit, cùm splenduerit im
virro.

vītro colore iūs. Ingreditur nō
blandē , & in nouissimo mor-
debit ut coluber, & quasi regu-
lus venena diffundet. Oculi tui
videbunt extraneas, & cor tuū
loquetur peruersa. Paulus etiā Ephe. 5
apostolus cōtra ebrietatis ma-
lum nos admonet, dicens : No-
lite inebriari vino, in quo est
luxuria. Iterum atq; iterū, quid
mali in se ebrietas habeat, eis,
qui illā diligunt, sanctarū scrip-
turarum testimonij sūdenter
ostendimus. In Salomone scri-
ptum est : Qui amat vinum, & Pro. 22
pingua, non dītabitur. Et ite-
rum: Noli regibus dare vinum, Pro. 3:
quia nullum secretum est, vbi
regnat ebrietas : ne fortē bibāt,
& obliuiscantur iudiciorū Dei,

& mutent causam filiorū pat-
perum. Item hic ait: Operarius
ebriosus non locupletabitur.
Et iterum: Vinum si bibas mo-
deratè, eris sobrius. Item illic:
Vinum in iucunditatem crea-
tum est, non in ebrietatē ab ini-
tio. Exultatio animæ & corpo-
ris vinum, moderatè pocatum:
& sanitas corporis & animæ.
Vinum multū potatum, ebrie-
tatis animositas, imprudentis
offensio, minorās virtutē, et fa-
ciens vulnera. Sed quando ista
suggerimus, forte irascuntur
contra nos, & murmurant eb-
riosi, quamuis nō desint, q ira-
scuntur. Deo tñ propitio, multi
erunt, qui libenter salubre con-
siliū audientes, de isto tā graui
peccato

peccato per Dei misericordiā
liberabūtur. Ipsi verò, qui cōtra
coalumnā & amicā suā ebrie-
tatē loquentibus irascuntur, li-
bera à nobis voce audiant, quia
quicunq; ebriosus pœnitētiam
de ipsa non egerit, sed usq; ad
mortē suā in ipsa ebrietate per-
māserit, in æternū profecto peri-
bit, quia non mentitur spiritus
sanct⁹ per Apostolū dicēs: Neq;
ebriosi regnū Dei possidebunt. **i Cor. 6**
Et ideo quicunq; sunt ebriosi,
melius faciunt, ut nō nobis, sed
potius sibi irascantur, & cū Dei
adiutorio de luto fecis se excu-
tiāt, vel de cloaca ebrietatis,
dum adhuc pœnitendi tempus
est, festinēt, quanta possunt ce-
leritate. Deo auxiliante, cōsur-

B iij gero,

ps. 68. gere, & totis animæ viribus cū propheta supplicantes Domi-
no dicant : Eripe me de luto, vt non inhæreā. Et illud, Non me demergat tempestas aquæ, neq;
absorbeat me profundū, neq;
urgeat super me puteus os suu.
Ebrietas enim quasi inferni pu-
teus quoscunq; susceperit, nisi
digna subuenerit pœnitentia,
& emendatio fuerit subsecuta,
ira fortiter sibi vendicat, vt eos-
dem ipsos de inferni tenebroso
puteo ad charitatis, vel sobrie-
tatis lucem redire sine pœniten-
tia non permittat. Sed hic ante
omnia intelligere debemus &
scire, quia nō vna die efficiuntur
homines ebriosi, sed cum
paulatim adiurantibus, & co-
gentibus

gentibus crudelissimis inimicis potius quam amicis, per singulos dies singulos sibi, aut binos calices ad potum consuetudinarium addunt. At ubi hoc in usum miserint, ita eos ipsius ardor ebrietatis occupat, ut illos semper sitire compellat. Sed qui se de hoc malo desiderat liberare, quomodo sibi interuallo dierum potum addendo ad ebrietatis tenebras peruenit, ita paulatim subtrahendo ad sobrietatis lucē redeat. Qui si semel totum, quod amplius accipiebat, subtraxerit, ubi nimia siti ceperit ex ardescere, cū grandi amaritudine clamat, et dicit, Malle se mori, quam sibi bibendi, vel inebriandi consuetudinē

B iiiij tollere:

tollere : nec attendit quod tolerabilius erat illi in carne morti , quam in anima per ebrietatem interfici . Et ideo , ut nec ardorem nimium patiatur , & de tam graui malo , quod patitur , liberetur (sicut iam dictum est) per interualla dierum sibi aliquid de nimietate potus subtra hat , quousq; ad rationabilem bibendi consuetudinem redeat . Qui hoc ita (vt diximus) per partes subducere voluerit , & de ebrietate liberabitur , & illa intolerabilem poenam non patietur . Ergo , fratres charissimi , dum haec suggero , me absoluo apud Deum . Quicunq; me audire contempsent , & ad bibendum prouis fuerit , vel in conuiuio suo

suo alios adiurare , vel cogere voluerit , & pro se , & pro illis in die iudicij reus erit . Et quia (quod peius est) aliqui etiam clerici , qui hoc deberent prohibere , ipsi cogunt bibere alios plus quam expedit . Amodò incipient , & se ipsos corrigeret , & alios castigare , ut cum ante tribunal Christi venerint , nec de sua , nec de aliorum ebrietate incurvant supplicium : sed magis dum & ipsi se emendant , & alios castigare non cessant , peruenire ad æternum præmium mereantur . Et illud ante omnia rogo , et per tremendū diem iudicij vos adiuro , vt quotiescunq; vobis iniucem conuiuia exhibetis , illam fædam consue-

B y tudinem ,

tudinem, per quam grandis
mensura sine mensura tres homi-
nes, aut volentes, aut inuiti sole-
bant bibere, tanquam venenum
diaboli de vestris conuiuijs re-
spuatis, quia ista infelix consue-
tudo adhuc de paganorum obseruatione remansit. Et qui-
cunq; hoc in suo conuiuio, aut
alieno fieri acquieuerit, diabo-
lo se sacrificasse non dubitat-
tit. De qua bibitione non solum
anima occiditur, sed etiam cor-
pus debilitatur. Sed credo de
Dei misericordia, quod ita vo-
bis inspirare dignabitur, ut tam
lugendum, et etiam erubescen-
dum malum, ita vobis in hor-
rorē veniat, ut illud nunq; fieri
permittatis, sed qd in illa ebrie-
tate

tate péritum erat, in pauperum refectionē proficiat, piastante Domino nostro I E S V

CHRISTO, Qui cum patre, & spiritu sancto viuit
& regnat Deus in sæcula sæculorum
Amen.

IN EADEM

DOMINICA ALIVS

sermo de ebrietate vitanda,
Sermo ccxxxij.

Requester charitatem vestrā, fratres charissimi, paterna pietate admonui, ut ebrietatis malum tanquam inferni foueā euitare, vel fugere debetis. Et licet apud plures proficeret castigatio, quam multa tamen sunt, qui nec Deum timent, nec eos, qui honesti sunt vel sobrij, reverentur, et tantum bibunt, ut interdum necesse habeant viscera, nimio potu plena,

na, per vomitum relaxare, &
tanquam fractæ & naufragæ
naues, ita ipsius ebrietatis flu-
ctibus fatigantur, vt nec vbi
sunt, recognoscāt, & dicere ali-
quid vel audire, quod ad ratio-
nem pertinet, omnino non va-
leant. Illud verò quale est, quod
ipsi infelices ebriosi, quando se
nimio vino ingurgitant, rident
& vituperant eos, qui rationa-
biliter hoc tantum, quod suffi-
cit, bibere volunt, dicentes eis:
Erubescite, et verecundia sit vo-
bis, quare non possetis bibere
quantū nos? Dicunt enim eos
non esse viros. Et videte miser-
tiā ebriosorum. Sed dicunt esse
viros, qui in ebrietatis cloaca
iacent, & illos non dicunt esse
viros,

viros, qui honestè & sobriè stāt.
Iacent prostrati, & viri sunt:
stant erecti, & viri non sunt. Vi-
ctor ebrietatis vituperatur, &
victus ebrietate laudatur. Irride-
tur sobrius, qui & alios & se
potest regere, & non irridetur,
immò non plangitur ebrio-
sus, qui nec se, nec alios potest
agnoscere. Solent ebriosi ita
se excusare, vt dicant, persona
potens me coēgit, vt amplius
bibam, & in conuiuio regis nō
potui aliud facere. Ad excusan-
das excusationes in peccatis
ista prætendimus, & quod im-
plere nolumus, nō potuisse nos
dicimus. Nolle in culpa est no-
stra, & non posse prætenditur.
Etiam si ad hoc veniretur, vt ti-

bi diceretur, Aut bibas, aut morieris : melius erat, ut caro tua sobria occideretur, quam per ebrietatem anima moreretur. Sed excusatio ista falso obijcitur. Ipsi enim reges, & quicquid sunt alij potentes, quia Deo propitio, & Christiani sunt, & prudentes, et sobrij, et toto corde Deum timentes, si te videret definisse, ut eis non acquiescas pro timore Dei inebriati : si tibi sub hora videantur irasci, postea vero te in grandi admiratione suscipiunt dicentes, Quantum cum illo egimus, quantis eum minis, & terroribus fatigauimus, & tamen nunquam eum à sobrietate separare possumus. Nam et Deus quite vi-

dier

det per eis' amorem" inebriarū
non velle, ipse tibi gratiā etiam
illorū dabit, qui te, vt amplius
biberes, videbantur horitari &
cogere. Nemo dicat, fratres cha-
rissimi, quod in istis tempori-
bus martyres non sint, quotidie
martyres fiunt. Martyr enim
testis interpretatur. Quicunq;
ergo pro veritate testimonium
dederit, & omnes causas cum
iustitia iudicauerit, quicquid
pro testimonio veritatis vel iu-
stitiae pertulerit, totū ei Domi-
nus pro martyrio computabit.
Ac sic et ille qui ebrietati resistit,
si cum Dei adiutorio perseue-
rare voluerit, et pro ipsa ille ali-
quas pertulerit tribulationes,
omnia ei dominus ad martyrij
gloriam

gloriā reputabit. Vēlīm tñ scire,
fratres charissimi , cūm Domi-
nus habet plures seruos , si vel
vnū ex illis velit fieri ebriosum ,
sine dubio nullus tam malus ,
qui hoc voluerit aliquando , aut
velit. Et qua fronte ,qua con-
scientia , qui seruū non vult ha-
bere ebriosum , ipse vult ebrio-
sus fieri ? Ecce de donis Dei , tu
habes seruum , & te habet Deus
seruū , qualiter vis vt tibi seruiat
seruus tuus , taliter & tu seruire
Deo tuo debes. Dic mihi , rogo
te , si iustum tibi videtur , vt tu
habeas seruū sobrium , & Deus
habeat ebriosum , ac sic te dig-
num iudicas , cui seruus sobrius
seruire debeat ? Hæc ergo , fra-
tres charissimi , diligenter atten-
dite ;

C

dite & considerate , quia non
est iustum , vt faciamus Deo,
quod nolumus nobis fieri . For-
te dices , Quomodo Deo fa-
cio , quod mihi fieri nolo ? Aut
quomodo tibi non placet ser-
uum ebriosum habere , & tu
non vis sobrius Deo seruire ?
Ideo enim , charissimi , tanta in-
felicitate se inebriant homines ,
quia putant ebrietatē aut par-
uum aut nullum peccatū esse .
Sed pro ista ignorantia ma-
xime sacerdotes in die iudicij
redituri sunt rationē , si cōmis-
sis sibi populis , quæ vel quanta
mala de ebrietate nascuntur ,
assidue noluerint prædicare .
Qui ergo credit ebrietatem esse
paruum

paruum peccatum, si se non
emendauerit, & pro ipsa ebrie-
tate pœnitentiā nō egerit, cum
adulteris & homicidis æterna,
sine remedio, illum pœna crui-
ciabit, secundum illud, quod
ipsi bene nostis beatum Apo-¹ Cor. 6
stolum prædicasse: Neq; inquit,
fornicarij, neq; idolis seruien-
tes, neq; molles, neq; masculo-
rum concubitores, neq; auari,
neq; adulteri, neq; ebriosi reg-
num Dci possidebunt. Videte
ebriosos cum fornicatoribus,
& idolis seruientibus, & ma-
scularū concubitoribus, et adul-
teris iunxit. Et illud: Nolite ine-^{Ephes. 6}
briari vino, in quo est luxuria.
Et ideo definiat, ac deliberet

C ij vnus-

vnuisquisq; apud se, ebrietatem
graue esse peccatū , & tunc aut
nunquā, aut difficile eum ebrie-
tas poterit superare. Cūm enim
non solum in futuro sæculo
propter ebrietatem torquendi
sunt homines , sed etiā in præ-
senti per ipsam ebrietatē mul-
tis frequenter infirmitatibus fa-
tigantur, vel morbum corporis
timeant, qui de animæ suæ sa-
lute non cogitant : oculorum
suffusionem, atq; caliginem, ca-
pitis vertiginem , & membro-
rum tremorē expauescant , qui
inferni supplicia non formi-
dant. Et hæc quidem nō solum
laicis , sed etiā clericis dicimus,
quia (quod peius est) multi sunt
eniam maioris ordinis clericū,

qui

qui cum alijs sobrietatis bonū
deberent iugiter prædicare, non
solū hoc non faciunt, sed etiam
& se, aliosq; inebriare non eru-
bescunt nec metuunt. Sed ag-
noscant & doleant, quicunq;
tales sunt: quia, si se noluerint
emendare, & pro se, & pro alijs
(necessē ē) eos æterna supplicia
sustinere. Illud verò quale est
quod iam transancto conuiuio
expleta sit, cùm amplius bibe-
re nō possint, nec debeant, tūc
quasi nouelli, quasi & qui ipsa
hora superueneriunt, diuersis no-
minibus incipiunt bibere, non
solum viuorum hominum, sed
etiam angelorum, & reliquo-
rum antiquorum sanctorum,
estimantes, quod maximū illis

C iiij ho-

honorem impendant, si se in il-
lorum nominibus, nimia ebrie-
tate sepeliant: ignorantes, quod
nullus tam grauem iniuriam
sanctis angelis, vel sanctis ho-
minibus agnoscitur irrogare,
quam illi, qui in eorum nomi-
nibus bibendo, per ebrietatem
suas animas probantur occi-
dere. Sunt enim aliqui, qui sola
ex causa aliqua falsa cibaria si-
bi ordinant fieri, ut per ipsam
falsitudinem nimia se possint
ebrietate obruere. Hæc enim si
pagani, qui Deum ignorant, fas-
ciunt, nec mirandum est, nec
nimis dolendū, quia & in Deo
spem non habent, & antiquam
parentum suorum consuetudi-
nem seruant. Christiani vero,
quos

quos Deus de tenebris duxit ad lucem, de morte vocavit ad uitam : quibus omnes scripturæ clamant, ebrietatem fugere, sobrietatem diligere, quare turpissimas illorum ebrietates comitantur , de quorum perfidia liberari per Dei misericordiam meruerunt? Et ideo rogo, et per tremendum diem iudicij vos adiuro, & , vt, quantū potestis, ebrietatis malum , auxiliante Deo, fugiatis : & iam vobis incipiat verecundum esse, quod huc usq; gentibus , & paganis in ebrietatis turpitudine vos voluistis similes exhibere. Et ideo, quia (Deo propitio) illis dissimiles estis in fide, similes esse. in ebrietate penitus non debe-

C iiiij tis.

tis. Quia etiam si reliqua pecata Christiani non admittant, sola eos , si freques fuerit ebrietas , & emendatio ac poenitentia non subuenerit , in inferni profunda præcipitat , secundū illud, quod iam dictū est : Neq; ebriosi regnum Dei possidebunt. Sed dicet aliquis , Ego regnum Dei nolo , æternam quietem tantum obtainere desidero. Nemo se decipiat, fratres, duo enim loca sunt , & tertius non est ullus. Qui cum Christo regnare nō meruerit , cum diabolo absq; dubitatione vlla peribit. Ad extremum, qui amico suo nimium propinat , in anima efficitur inimicus , corpus quoq; eius debilitare , & animā probatur

probatur occidere. Melius erat,
vt illud, quod vna die plus eum
bibere coëgit, quàm expedit,
per duos aut tres dies ipsum
amicum ad conuium reuoca-
ret suum : & vnde vna die eum
nimium bibendo debilitauerat
ipsum in alijs diebus, sufficien-
te potu, reficeret, nec potum il-
le perderet, nec amicum deci-
peret. Aut certe, quod est me-
lius : quicquid nimio potu per-
ditum erat gula, pauperibus
daretur in eleemosynam : vt &
caro rationabiliter bibendo re-
ficeretur, & per misericordiam
pauperum animæ redemptio
præpararetur. Et nos quidem
istam castigationem non pro-
pter eos, qui sunt honesti & so-

C v brij,

brij diximus, quia cū Dei sub-
sidio multos nouimus parca &
sobria conuiuia præparare. Et
ideo vos, qui pro Dei amore
hoc tantū sumitis, quod oportet,
& quod ebriosis in terra p-
ditur, à vobis per eleemosynam
in cœlo reponitur. Non vobis
sufficiat, quod vos honesti &
sobrij estis, sed quantum pote-
stis, ita castigate & corripite
ebriosos, vt eis nunq; liceat vo-
bis præsentibus amplius bibe-
re quam oportet, vt dum & ip-
si sobrietatem diligitis, & alios
per vestram admonitionem ab
ebrietatis perditione reuocatis,
non solum pro vestra, sed etiam
pro aliorum salute, dupicia vo-
bis præmia in æterna beatitu-
dine

dine præparetis. Et illud quām
lūgendū & erubescendū est
fratres charissimi, quod dicun-
tur aliqui rustici, quando aut
vinum habuerint, aut alia sibi
pocula fecerint, quasi ad nup-
tiale conuiuium, ita ad biben-
dum vicinos ut proximos suos
inuitare, vt eos per quatuor, aut
duos dies teneant, & nimia
ebrietate sepeliāt, & tamdiu ad
domos suas de illa lugenda po-
tatione nō redeant, donec om-
nem potum, quem ille, qui eos
inuitauerat, habuit, perexpen-
dat: & vnde se vel per duos, aut
tres menses cum omni familia
sua rationabiliter reficere po-
tuit, quatuor aut duobus die-
bus dolenda, aut erubescenda
bibitione

bibitione consumat. Ergo, fra-
tres charissimi, dum hæc hu-
milater, & cum grandi charita-
te pro sollicitudine paterna cō-
moneo, absoluo apud Deum
conscientiam meam. Qui verò
me libēter audierit, & fideliter,
quod ei prædicatum est, imple-
re voluerit, habebit præmium
æternum. Qui autem contem-
pserit, timeat, ne ei æternum ne-
cessè sit sine ullo fine sustinere
supplicium. Sed credimus de
misericordia Dei, quod ita om-
nes ebriosi de ebrietatis malo
ad bonum sobrietatis sunt per
Dei gratiā redituri, ut & nobis
gaudium faciant, & ipsi felici-
ter ad æternum peruenire me-
reantur præmium, Amen.

IN EA-

IN EADEM DOMINICA ALIVS SERMO FACTVS AD

fratres in eremo, qui inter
sermones ad eosdem
habetur xxxvij.

*De detestatione ebrietatis, cum
terribilis casus enar-
ratione.*

Non miremini, fra-
tres charissimi, si
hodie ter sermo-
nem, Deo auxili-
ante, perfecero.
Accidit hodie terribilis casus,
ut omnes audistis, propter
quem

quem non solum ad Ecclesiam Hipponeensem omnes antiquiores habere volui, sed etiam omnes fœminas, & infantes in unum congregare præcepi, Quibus congregatis, cum dolore & anxietate vobis enarrare intendo, antequam pateat in plebe, quid accidit præclarissimo ciui nostro Hipponeensi Cyrillo: Ecce enim, ut scitis, potens erat inter nos opere & sermone, & ferè dilectus ab omnibus. Filium, ut scitis, habebat, & eum unicum possidebat, & quia unicus erat, eum superflue diligebat, & supra Deum. Ideo superfluo amore inebriatus, filium corrigerem ne-
gligebat, dans etiam potesta-
tem

tem faciendi omnia , quæ placi-
ta essent illi. O dolosa liber-
tas, ô grandis filiorū perditio, ô
paternus amor mortiferus. Ec-
ce filios se dicunt diligere, quos
iugulari procurant. Dicunt eos
amare , quibus iam suspendia
parant. Dicunt patres filios se
nutrire , sed ecce iam pater &
filius ambo in foueam cadunt.
Quare pater cum filio cadit in
foueam, nisi quia pater cæcus
est, quia malus, & quia salutem
suam, & filiorum suorum vide-
tur negligere? Quo, & quo mo-
do pater hec neglexerit , nisi
quando filio libertatē donauit,
quando eum corrigere negle-
xerit , quando virgæ pepercit,
quando ei semper serenam fa-
ciem

ciem demōstrauit? Cupitis au-
dire nunc, quomodo pater &
filius in foueam cadunt? Licet
enim sciatis, tamen quia nece-
sse est, vt vos quamdiu viuitis,
timeatis, ideo quæ hodie facta
sunt, iterum dicere non erube-
scō. Ecce enim Cyrilus vester
filium habebat, vt scitis, quem
corrigerē negligebat, & luxu-
riosē viuendo consumpsit par-
tem bonorum suorum, sed ec-
ce hodie ebrietatem perpessus,
matrem prægnantem nequiter
oppressit, sororem violare vo-
luit, patrem occidit, & diuas so-
rores vulnerauit ad mortem.

O magna diaboli dominatio:
patrē, quem post Deum reue-
teri debebat, occidit matrem, à

qua portabatur, prægnantem
oppressit, sorores, quas tenerri-
mè diligere debebat, voluit vio-
lare, & duas vulnerauit ad mor-
tem. O dolorosa ebrietas, om-
nium malorum mater, omnis
luxuriæ soror, omnis superbiæ
pater. O ebrietas, tu menté cæ-
cas, iudicio recto cares, consiliū
nullum habes, blandus dæmon
es, venenū dulce es, peccatum
suaue es. O ebrietas, nunquid
non per te inflatur stomachus?
Nunquid nō per te putreficit an-
helitus? Nunquid non oculos
cæcas? Nunquid non cuncta
membra debilitas? Nunquid
non morte acceleras? Nunquid
non bursam euacuas? Nunquid
non dominum recipis ab ho-

D mine?

mine? Nunquid bestialem, &
irrationabilem te diligentē te-
cum ducis? O ebrietas, discant
te diligentes agnoscere, discant
te deuitare, iterum discant te
deuitare, discant te velut mor-
tem effugere, quoniam qui te
dilexit, regnum Dei non con-
sequetur. Ergo, o fideles, absti-
nere, & nolite inebriari vino.
Non enim sufficit abstinere, sed
abstinentes, alios abstinere do-
ceatis. Docētes quomodo Loth
inebriatus cum filiabus iacuit.
Samson etiā vino repletus per
meretricem inimicis traditur.
Esa. 15 Audite, fideles, audite Esaiam
dicentem: Vx̄ qui consurgitis.
mane ad ebrietatem festandā,
& potandum usq; ad vesperas,

ut in vino astuetis. In veteri etiā
lege præceptum erat, quod sa-
cerdotes cum ingredieretur tem-
plum ministrare Domino, om-
nino non vinū biberent. Si er-
go hoc erat, dum templum tan-
tum ingredierentur, & quid nos
miseri facere debemus? O q;
plures sunt ex vobis, qui prius
tabernam visitant, quam tem-
plum, prius corpus reficiunt, q;
animam, prius dæmonem se-
quuntur, quam Deum. O fide-
les non fideles, quid vobis cum
vino? Nunquid vinum factum
est, ut deficiatis maledicentes
nomen Domini? Abstinete er-
go à superfluo potu, ne rebelles
efficiamini. Quam diu enim
Adam abstinuit, tam diu obe-

D ij diens

diens fuit, tam diu bonus, san-
ctus, & iustus permanxit. Sic &
Helias tam diu miracula fecit,
quam diu pane, & aqua refe-
sus est, Sed postquam carnes
comedit, & vinum babit in sa-
turitate, miracula non legitur
fecisse. Eia ergo fideles, casum
superius assignatum inter cæ-
tera considerantes, Deum ti-
mete, & timentes eum feruen-
ter rogate, ut ab his, & ab
omnibus malis liberet
nos semper,
Amen.

Finis trium sermonum D.
Aurelij Augustini Epi-
scopi Hippoensis.

CHRYSTO-

mus ad populum Antiochenum Homilia LIII.

Quid ebrio turpis est familiis
ribus derisibilis, derisibilis
inimicis, apud amicos miserabilis,
infinita dignus damnatione, fera
magis quam homo.

D ij

S E

SEQVITVR
SERMO D. BASILII
Magni, Cæsariensis Epi-
scopi de ebrietate.

IN EBRIETATEM ET
Luxum, Quibus die pasche
populum affectum uidit.

Nouent me quidē,
fratres , ad hunc
sermonē vespertina spectacula :
illud quoq; meū
retardat animum, meamq; in
dicendo alacritatē hebetat atq;
abrūpit , qud ex ijs quæ apud
vos tentauī , nullū prouenien-
tem

tem conspiciam fructum. Nam
agricola seminū primo iacto-
rum germinibus nullis exur-
gentibus, desperatione quadā
pigritiaq; ad alias rursus semé-
tes faciendas capitur. Si enim
in tot admonitionibus, quas &
superiore tempore vos adhor-
tando nō præteriuimus, & dein
ceps septem hebdomadarum
ieiunia nocte atq; die vobis
(euangeliū testem adducendo)
memorare nō destitimus, nihil
penitus profecimus : qua vos
spe hodierna die alloquemur
amplius, aut adhortabimur ? O
miseri, quot noctibus quietè vi-
gilaftis, quot diebus quietè cō-
uenistis, si tamen quietè. Nam
qui in bonarum actionum pro

D iiiij fectu

fectu semel fuerit, deinde ad antiquam viuendi redeat consuetudinem, non solum eorum quos est passus laborum præmium non sumet, sed longe grauioribus dignus est pœnis : q; cū semel Dei verbū degustauerit, & mysteriorum notitia dignatus fuerit, breui admodum delinitus voluptate cuncta prodiderit. Nam parvus quidem & infirmus venia dignus est: potentes verò (vt dicitur) vi maiore ac multa longe grauiore premuntur. Vesper unus, impetus inimici unus, omnem præteritum laborem prodidit atq; diruit. Quæ igitur alacritas, quæ industria dicendi reliqua mihi? Itaq; scitote me omnino tacitus
rum

rū fuisse, nisi Hieremīæ metuerē
exemplum: qui ad populū con-
tumacem atq; incredulum lo-
qui minime volens, illa passus
est quæ ipse narrauit. Quemad-
modum in visceribus ei factus
est ignis, & vndiq; circumiuit,
nec sustinere valuit. Fœminæ
laſciuæ, dei timoris oblitæ, ignis
æterni minas nihili pendentes,
in die tali, quando eas ob nostri
ſeruatoris Iesu Christi memo-
riam, domi honestè confidere
oportebat, ac illius diei felicis
memoriam habere, per quam
cœli sunt aperti. Apparebit
namq; nobis iudex è cœlo, dei
tubæ, ac mortuorū resurrectio,
iustum iudicium, ac pro meri-
tis cuiq; laborum merces. Ad

D v vos

vos hæc & similia cogitare de-
cebat , corda item vestra à pra-
uis cupiditatibus purgare, pec-
cata lachrymis diluere, vosmet
in hac sacra paschali solenni-
tate præparatos obuiam Iesu
Christo procedere. At pro his
omnibus mulieres Christi iu-
gū à suis ceruicibus excutien-
tes, capita honestis operta vela-
minibus impudicè retegentes,
deū et eius angelos perspicien-
tes, ad marium aspectus impu-
dentes , luxui tantum vacauen-
tunt, vestiū sumptus ante ocu-
los nostros traxerunt. Pedibus
gestientes , ac oculo peto , risu
lasciuo , ad saltationem insa-
nientes, omnem iuuentutis in-
temperantiam in spe prouoca-
uerunt.

uerunt. In locis sacrīs, pro mōe-
nibus ciuitatis choros consti-
tuentes, ea profanauerunt, ac
omnium probrorum officinas
reddidere. Aērem insuper me-
reticijs cantibus, terram verò
pedibus lasciuè saltando con-
taminauere, theatrū pulsantes,
adolescentes circūsistere prouo-
cavere. Deniq; inuerecūdē om-
nino ac insanę mulierculæ nul-
lam insaniam, nullum probrū
prātermisere. Hæc itaq; quo-
modo tacebo? quō dignè con-
querar? Vinum profectò harū
stragem animarum nobis fecit.
Vinum Dei donum ad infir-
mitatis robur ac sustentatio-
nem sapientibus concessum,
nunc verò arma incontinentiæ
intem-

Ebrie-
tatis
mala,

intemperantibus est factum.
Ebrietas ipsa dæmon est quidā,
nobis sponte prouocatus , qui
per voluptatem animas euer-
tit nostras. Ebrietas vitij mater,
virtutis inimica , fortē qui-
dem manifestē offendit,sapien-
tem ac iustum minimē nouit,
prudentiam extinguit. Sicut
enī aqua igni est aduersa , sic
vinum immodicum rationem
supprimit. Quamobrem vereor
cōtra ipsum aliquid dicere, non
vt de paruo quidē aut contem-
nendo malo , sed vt nihil per
meum sermonem profecturus,
nec aliquid vtilitatis allaturus.
Si enim ebrius insanit ac tene-
bris obuioluitur , vanus labor ,
apud non audientē verba face-
re.

re. Quos igitur alloquemur, si
& is qui admonitione indiget,
minimè dictis auscultat? So-
brius verò & qui sapit, omni
animi affectu purgatus, nullum
ex verbis expectat adiumentū?
Quid igitur faciam, si & oratio
mea sit inutilis futura? silentiū
verò infructuosum, præteribi-
mus ne diligentiam? At negli-
gentia periculosa, quamobrem
loquar. Omnino loquar aduer-
sus ebrios, & apud sepultas au-
res clamabimus. Quanquam
ut in pestilentia solet euenire, ij
qui corpora curant, sanos qui-
dem & eo morbo liberos adiu-
mentis quibusdā ad sanitatem
seruandam facientibus, securos
reddunt. Illos verò qui iam af-
fecti

fecti sunt, minimè attingūt. Sic
sermo noster ex parte tantum
aliqua proficere poterit, custo-
diam atq; obseruationem con-
tra prauos affectus animi mō-
strando : hos verò qui iam illis
tenantur prætereundo. Qua in
re, dic homo miser, quid à bru-
tis differas? nonne rationis mu-
nere, quam à deo omnium con-
ditore acceperis, reliquæ crea-
turæ omnis factus es Dominus
& imperator? Hoc igitur te
mentis lumine per ebrietatem
priuās, int̄ bestias & ipse ratio-
ne carentes annumerari pote-
ris, similisq; illis videri. Ego
enim & bestijs longe peiores
eos existimauerim, qui ab ebrie-
tate superantur, quū illæ coēū-

stū statu-

di statutas habeant leges & ho-
ras, at ij, q plus e quo se vino in-
gurgitauerint, corpusq; super-
uacuo calore concitauerint, in
comiscendo nullum fas insq;
habentes, nequissimis comple-
xibus et amoribus inter se vtun-
tur. Nec solum eo peiores bru-
tis, q mente insani aut ebrii, sed
etiam q sensibus longe infra illa
deficere videatur. Qnod, queso,
animal ita visu audituue atq;
ebri homo debilitatur? Nonne
familiarissimos interdum igno-
rant? Sepe alienis ut domesticis
cogrediuntur, cu umbris quoq;
luctantur. Easq; veluti fossas ac
valles saltu pertranseunt. Au-
res terrifico sonitu more flu-
tuantis maris rcfertas habent.

Tewa

Terra interdum insurgere, ac in
tectū tendere, montes verò cir-
cummoneri videntur. Quan-
doq; ab re & prēter modum ri-
dent: nunc verò sine consola-
tionis remedio plorant, nunc
item audaces et temerarij, mox
timidissimi & molles. His etiā
somni graues & deprimentes
mortiō; vicini. Vigiliæ somnis
ipſi pigriores ac torpentiores
contingunt. Exercitibus impe-
rant, gentibus dominātur, ciuit-
ates tegunt, pecuniam distri-
buunt. Talibus vinū phanta-
matis, taliō; deceptione feruens
ipsorum corda possidet. In alijs
verò alios s̄æpeq; contrarios
Vini ef; exercent actus. Nonnullos vi-
fectus, deas tristes atq; dolentes, speq;
omni

omnī incidentes, semp̄ queru-
los ac lachrymis refertos. Merū
in differentibus corporum ha-
bitibus, differentes animæ per-
turbationes exercet. Eos enim,
quibus sanguis copiosus ad
ora vſq; perfunditur, lātos &
hilares animo reddit. In eis ve-
rò qui graui habitudine, frigi-
doq; circum præcordia sangu-
ne corripiuntur, cōtrarios pro-
ducit effectus. Sed quid opus
reliquam perturbationum ca-
teriam numerare, morum per-
uersitatē, ad omnia vitia prom-
ptitudinem, celerem ac repen-
tinam animi ad omnia muta-
tionem, strepitum multum ac
tumultū, facilem ad dolos de-
ductionem, ad omnis impetus

E efficiens

effrenem lētitiam? Voluptatis
nanq; incontinentia omnis, ex
vini fonte originem vimq; ha-
bens, præceps ad omnem impu-
nitatē atq; intemperantiā ruit.
Animalium omnium libidinū
fœditatem superat, quū bruta
naturæ leges in hoc genere no-
scant atq; obseruent: ebrij tan-
tum in mare fœminam, in fœ-
mina marem quærunt atq; op-
tant. Non enim cuncta quæ ex
ebrietate grauia procedunt, fa-
cile prosequi oratione fuerit.
Nam incōmoda damnaq; pe-
stilentiaz, téporis interuallo ho-
minibus proueniunt, cœli gra-
uitate paulatim hominum cor-
pora interficiente. Quæ verò ex
homine proueniunt ebrio sta-
tim

tim irruunt : sic animā perden-
tes, ut eā cicatricosam , stigma-
teq; plurimo corrosam relin-
quant. Sed & ipsum corporis
habitum quendā grauē, mem-
brorumq; fœditatem brutorū
morte prae se ferunt. Nam eos
videre licet oculis liuentibus,
ore indecenti , rubore perfuso,
spiritu graui, lingua balbutien-
te ac demissa, voce confusa, pe-
dibo puerorū more infirmis ac
titubantibus, execrations fre-
quentes velut inanimata spon-
te facientes. Miseri profectō , ac
longè miseriores quam flucti-
bus agitati , quos fluctus alijs
aliij succedentes à tempestate
obrui non statim finunt : Sic
horum animæ vndis, hoc est,

E ij vino

vino madentes illico deprimum
tur. Quamobrem veluti nau-
gia, quando fluctibus procellæ
acceptis grauantur, necessariò
cōmeatus vacuatione ac pro-
iectione leuanda sunt: sic ebrijs
renim stomachum grauantiū
vacuatio necessaria: ex quo &
vomitione & deiectione fre-
quenti vix leuari possunt: tan-
to naufragis deteriores, quan-
to illi res causantur extrinsecus
& mare, hi verò sponte pericu-
lum adeunt, & ex ebrietate sibi
volentes tempestatem pariunt.
Lymphatus & malo dñmone
captus, misericordia quidem
dignus: ebrius verò eadem ferè
& ipse patiens, minimè miseri-
cordia dignus, qui optato semit
demonij,

dæmoni. Quin & tales reme-
dium quærunt ebrietati, nō ali-
quid ob eam graue non admit-
tendo, sed minimè desistendo,
in eaq; cōtinuando. Dies enim
admodum parua, breuis etiam
nox vel hybema potando vi-
detur. Deniq; huius mali finis
nullus. Ipsum nanq; merū inex-
plebilem continuò sitim addit:
nec necessarium querit usum,
sed ad alium sine excusatione
potum inuitat, quum ardentes
ebrios ac semper bibendi cupi-
diores reddat.. Ex quo insatia-
biles omnino facti, cōtraria his
penitus quę optauerunt patiun-
tur: ac voluptatem, quam om-
ni studio querūt, omnino amit-
tunt. Luxus enim huiuscemodi

E iiij assidui-

assiduitate sensus tabescunt.
Nam sicuti splendens aliquid
visum perficit, summè autem
splendens hebetat atq; vastat,
& magni sonitus ac strepitus
ob excessum auditum tollunt:
sic & isti ob assiduam atq; im-
modicam voluptatem, se se va-
stant atq; corruptunt, & à de-
lectationis via omnino auer-
tunt. Nam siue merarius seu di-
luti, modò satis atq; frequen-
ter bibant, ipsam vini flammā
intus ardenter ex potus im-
modicitate extinguerent non va-
lent. Quibusnam propheta mi-
natur, nisi huic hominū generi
dum ait: Vx vobis qui contrito
estis corde? Vx lamentabilis
vox. Lamentatione quidem
digni

digni sunt ebrij, quod ex Apo-
stoli sententia, regnum dei non
consequantur. Tumultus in eis
oritur & turbatio ob vini po-
tentiam, rationi & tenim cogi-
tationibus aduersantem. Præ-
terea tristitia, ob amaros pota-
di volupcatis exitus. Horum
namq; pedes vt vineti debilitan-
tur. Manus ex fluctuibus, vini Ebrio-
causa ed descendantibus, con- rum
tinuò mouentur: quanquā ante vale-
omnia mala h̄c, in ipso pota- tudo,
tionis tempore, similia phre-
neticorum eis eueniunt. Quum
enim cerebrū æstu ex vini va-
pore redundante vacillat, dolos-
rem intolerabilem capiti patit.
Ex quo caput recte supra hu-

E iij meros

meros consistere non valens,
huc illud vertebris dissolutum
iaetatur. Sodalitia, Propheta lu-
xum compotationū, & inho-
nestos conuentus vocat. Con-
tritiones etiam nominat, cor-
poris ægritudines significans:
in quas ebrij quoq; ob varios
morborum casus incidere so-
lent. Sed quis horum admone-
bit vino sepultos, qui ex crapu-
la continuò dormitant, capite
grauantur, oscitant, caliginem
ob oculos habent, ob naufragium
fastidiunt. Quamobrem sapien-
tia magistros inclamantes mi-
nimè audiunt: Nolite inebriari
vino, in quo est luxuria. Et rur-
sus: Res est immoderata vinum
& probrosa ebrietas. Quibus
sanè

sanè verbis ipsi minimè auscul-
tantes, ebrietatis fructum nimi-
rum referunt. Tumescit enim
corpus, oculi humoribus præ-
grauantur, ora siti ardentia, fau-
ces continuò siccæ. Nam sicuti
välles & botri, donec torrenti-
bus inundantur, pleni esse vi-
dentur: vnda verò desinente, sta-
tim siccæ vacuæq; remanēt: Sic
& vinolentorum ora vino ac
potatione durantibus, exatu-
rantur ac madescūt: paulò pòst
continua siccitate laborant: ex
quo ad frequenter bibendum
inuitantur, vnde humor mini-
mè naturalis emittitur. Vbi tan-
dem remedium, vbi medicina,
quæ tantis ebrietatis malis oc-
currat reperitur? Quis vnquam

E v madi-

madidum semper & innatans
vino corpus faciat, ut non exi-
le, dissolutum, & omnibus ob-
noxiū morbis existat? Hinc tres
mores, hīc debilitates cōfracto
ac debilitato vitali spiritu, &
excidētibus robore mēbris ac
dissolutis excitantur. Valetudo
enim omni corporis inflationi
tumoriq; inest. Naturali namq;
firmitate deficiente, necesse est
corpus continuo vacillet atq;
moueatur. Quousq; tandem
vinum? quousq; ebrietas? Pe-
riculum miser est, ne pro homi-
ne cœnum lutumq; fias. Sic pe-
nitus vino deditus marcessis,
ac quotidianā crapulam meri-
& hoc tabidi, haud aliter quam
vasa

vasa putrida redoles. Hos Esai- Esaias
as luget: Vx surgentibus mane de vi-
& siceram amantibus, non ve- no.
speram expectantibus. Vinum
enim illos cremabit. Post citha-
ram & saltationes vinū bibūt.
Opera nanq; domini nō respi-
ciunt, et opera manuū eius non
considerant. Sicera enim omne
quod ebrietatem inducit, apud
Hebreos vocari solet. Quos igi-
tur nunc Propheta reprendit, ij
sunt, qui luce incipiente vinum
queritāt:œnopolia cauponasq;
circumagunt, sodales conue-
niunt, ac inuicem ad potandū
inuitant. Omnem deniq; cu-
ram, cætera posthabētes, in hoc
collocant: nec temporis par-
tem aliquam in rerū cœlestium
atq;

atq; operum dei cōsyderatione
ponunt. Eorum oculi nunquā
suspiciunt, aut ad sydera tollunt
tur, vt pulchritudinem & om-
nem in rebus creatis prouiden-
tiam simul & iustitiam medi-
tantes, ad summi ac sapientif-
simi dei creatoris omnium co-
gnitionem perfectam charita-
temq; perueniant : sed statim
prima luce symposia meditan-
tur & curant, tapetibus varijs
& auleis ornāt, famulos ad hoc
exercent, in hoc omnē curam
& diligentiam ostendunt : cra-
teras, phialas, psyeteras sicut in
pompa quadā & festa die po-
nenites : vt vasorū varietas pul-
chritudoq; veluti chorus qui-
dam suscipiatur, admirationi
sit:

fit: utq; poculorum commodi-
tate ac mutatione dulcius po-
tent. Sed et officia his obeundis.
adhibent : symposiarchos , ar-
chicœnochoos, architriclinos. Et
demum ordo ac dispositio in re-
inordinata confusaq; constitui-
tur : vt , quemadmodum exer-
citus militibus diuersa obeun-
tibus officia, si conuiuum ma-
gistratibus honestetur. Ex quo
ebrietati veluti reginæ cuidam
ministros disponentes , luxum
horum studio munerum orna-
re contendunt. Insuper coronæ
adhibetur & flores, & vnguen-
ta, & odorum mille genera: que
omnia rebus perituis ac mini-
mè laudandis, superluacaneum
pariunt negotium. Cum & po-

tatione procedente eò veniunt,
vt de augenda hac insania cer-
tent, & de ebrietate per ambi-
tionem contendant. Cuius au-
torem legis diabolum habent:
victoriæ verò præmium, pec-
catum. Nam qui plus hauserit
meri, is prae cæteris laudatur, is
victoriam refert: Ex quo palam
est, quod in re turpisima cum
sua verecundia gloriam qua-
runt. Inter se namque contendunt,
& vt in iudicio aliquo defensi-
cant. Quænam ratio, qui ordo,
quæ virtus, vbi sunt omnia con-
fusione inconsideratiæque; refer-
ta, esse poterit, vbi & qui vin-
cunt & qui vincuntur pariter
sunt temulenti? Vbi ministri ri-
dent, manus labat, ora madent,
venter

venter ciborum grauitate di-
rumpitur. Vnde postremò in-
commodum, vt miserum cor-
pus naturali vigore dissolutum
ac defluens, viam ponderis im-
modici ferre non valeat. Mis-
erum profectò Christianorum
oculis spectaculum. Vir ætate
florens, corpore terribilis, obe-
undis in exercitu laboribus ap-
tus, & demum sarcinis onera-
tus, domum redire idoneus, ita
postea à gula vinoq; vincitur,
vt sibi omnino imperare non
possit. Et q; terrori hostibus fues-
rat, ridicul⁹ in foro pueris vide-
tur, occasionēq; vt ab omnibus
contemnatur p̄bet, & sine ferro
vulnerat, nec minus interficitur

vīr militarīs & iuuenīs. Crapula
mancipium fit , ab inimicis
quæcumq; iuellerint , pati para-
tus. Ebrietas itaq; rationis inte-
ritus, fortitudinis pernicies, se-
nectus nō intellecta , mors bre-
uis temporis. Quid quæso sunt
ebrij, quām gentiū idola ? Ocu-
los habent & non vident, aures
habent & non audiunt: Manus
paralysi affectas habent , pedes
infirmos ac facilē offendentes.
Quis hæc machinatur? quis ho-
rum causa malorum? quis insa-
niæ huius pharmacum nobis
propinavit homo ? Tu quidem
prælium committis : In aciem
iumentutem educis , facile vul-
neratur , ætatis florem vino ab-
sumis , vocas ad cœnā ut ami-
cūs,

cum, eius petis cadauer, animā
extinguis. Cū vini adsunt mi-
nistri, tūc bibere incipiunt, po-
tantq; volucrū more, vt ex fon-
te perenni ac sponte fluēte, ac-
cūbentibus calices præbentur.
Procedente aut̄ potatione, pro-
dit in medium adolescens nō-
dum ebrius, phialam vini refri-
gerati humeris ferens, q̄ pinc-
ernam ipsum prouocare faci-
lē posset. Is in medio astans, per
obliquas fistulas æquam con-
uiuus distribuit ebrietatem. No-
num profecto genus hoc men-
suræ, vbi nullus mensuræ mo-
dus, vt per poculorum æquali- Aequa-
tatem inter eos nulla sit inui- les cali-
dia, aut in bibendo cōcertatio. ces.
Arripit quisq; ante se positum

F p̄syeterem:

psyterem : ut ex quadam cī-
sternā more bonū sine respira-
tione vno hanstu tantum bibe-
re contendat , quantum vas il-
lud per argenteam fistulam sup-
peditat . Respice parumper in
miserū ventrem , vasis magni-
tudinem , vini mensurā , quanta
sit considera . Hanc tu nequa-
quam in vas iterum vinum
ieponere : sed in ventrē totum ,
ut dudum cibis oneratum , de-
mittere curabis . Quamobrem
iure clamat Propheta : Vx sur-
gentibus mane , & siceram po-
tantibus , non expectantibus
vesperam , & diem in ebrietate
consumentes : ac nullum tem-
pus ad cōsiderandā dei sapienti-
am , & opera manutē eins di-
gnoscendā

gnoscēda interponentes. Vinū
vos profectō cōburet. Quod sā
nē dicit, qm̄ igneis inimici telis
feruor ex vino corpori diffusus
incenditur. Rationem igitur ac
mentē vinū deprimit, volupta-
tes et animi ceteros affectus ma-
los excitat. **Quis**, dic mihi, **cum⁹**
equorū indomitorū ita p̄ceps
fertur, vt dñm excutiat suum?
Quod nauigium ita gubernati-
tore destitutū, ita fluctibus ex-
agitatum & cōcussum, si cōtin-
gat, vt nō sit ebrio longe secu-
ri? Ex talib⁹ itaq; malis, viri ac
fēminæ cōmunes constituētes
choros, maloq; dæmoni mise-
ras tradētes animas, se se inuicē
libidinū telis cōfodiūt atq; lace-
rant, Risus inter se histrionicos,

F ij cantus

cantus probrosos , meretricios
gestus ad libidinem inuitantes
exercent. Rides , dic mihi , & gau-
des inepta stolidaq; letitia : quū
lachrymas fundere , ac dolere
ob ea quæ admisisti fas erat? Cá-
tus profanos exerces , oblitus
psalmorum & hymnorū quos
didicisti. Moues pedes , & insa-
nus saltas. Chorea ducis im-
prudens , quum genua ad dei &
domini nostri Iesu Christi cul-
tum flectere oportuit. Quas ego
fleā , puellasne coniugij exper-
tes , an viris coniunctas? Hę qui-
dem legem praterierunt virgi-
nitatem amittentes : illæ verò
pudicitiam viris minime serua-
uerint? Nam siquæ forsitan pec-
catum corpore vitauere , animo
tamen

tamen admisere : quæ quidem
& viris mihi simul dicta moni-
taq; sint. Vedit ille malè, visa est
illa malè. Sed qui mulierem ad
concupiscendum viderit , iam
mœchatus est in corde suo. Si
ergo casus diuersitas congre-
diens, aut se inuicem solū aspi-
ciens tantū periculum adibit :
quanto maius fuerit, quum de
industria congrediuntur, quum
dedita opera mulieres in ebrie-
tate & conuiuio , omni impu-
dico gestu, saltatione, cantu, ad
libidinē effrenes iuuenes inti-
tantes spectant ac querunt ?
Quid dicunt, aut quid causan-
tur ex his spectaculis, vbi tot
mala congregantur? Nonne ob
voluptatem ac excitandā con-

F iij cupi-

Cupiscentiā spectare? Itaq; ex-
cusabilis lasciuia pœnas apud
iustū dei iudiciū quandoq; da-
bunt. Quō vos δ miseri Pente-
coste suscipiet., q à Deo Pascha
contempſisti? Enim uero Pen-
tecoste sancti spiritus aduentū
efficacē omnibusq; notum ha-
bet. Tu verò teipsum contrarij
spiritus habitaculum reddidi-
sti. Ex quo nō templum dei ob-
inhabitantem spiritum sanctū,
sed idolorū factus es. Quamo-
brem verā facis prophetæ exe-
crationē, ex dei persona dicen-
tis : Conuertam festa eorum in
Iuctum. Sed quō, dicite mihi, ser-
uīs imperare potestis: quum &
ipsi cupiditatibus vestris tanq;
mancipia seruiatis? Quō filios
monetis

monetis vestros, animas pro-
priias in castigatas retinentes, ac
procul ab omni disciplina vi-
uentes? Quid igitur? Vos in his
relinquam? Sed vereor, ne si re-
medium his malis prætereant,
alius peruicacior fiat, alius verò
ob tristitiam illatam desperet.
Quamobrem magnis huiuscce-
modi peccatis medicina prom-
pta est. Ieiuniū ebrietatem cu-
ret, psalmus turpes cantus, la-
chryma risum. Pro saltatione
genu deo flectatur, pro tripudio
& cythara pectus pulsatur. Pro
vestium sumptu atq; ornatu
humilitas. In omnibus verò
eleemosyna peccata diluat:
redemptio animæ viri diui-
tia. In communionem socie-

F iiiij tatemq;

tatemq; orandi dei, plures admittite huiuscemodi delinquentes, si quo modo ad pœnitentiam reuocari possint. Quando enim sedit populus manducare & bibere tanq; idololatra, tunc leuitæ contra fratres sese armantes ex eis vigintitria milia ceciderunt : sic enim manus suas, inquit historia, consecravit. Et vobis nunc deū timenibus dico , qui plura probra hęc sceleraq; minime probatis. Illud monemus, vt, si quos pœnitentes horum quæ admiserunt, videatis, eorum vos miseratione ut propriorum membrorum affectorum capiat. Si verò à vitijs minime discedentes , & vestra super his monita verstrumq;

strumq; dolorem aspernantes
animaduertitis , ex corum me-
dio discedite , nihil cum eis cō-
municantes , vt ne & ipsi vos
reddant contaminatos. Sic .n.
melius proprij sceleris se spre-
tos ac relictos videndo , admoni-
nebuntur. Vos verò pro iustitia
officioq; præmium , zelo Phi-
nees , debitū procul dubio con-
sequemini apud iustum iudi-
cem deū , & patrem domini
nostrī Iesu Christi , cui
gloria & imperium
in æterna secu-
la , Amen.

F v

ACCES- SERVNT VA-

rit sententia De ebrietate,
nonnullæ itē de Sobrie-
tate ex S. Patribus
excerptæ.

Aug.in E Brietas est fomes libidi-
epi.ad nis, quo per carnes vapo-
quendā rantur interna viscera, animus
comi- ignescit, anima esurit.

tem. Ebrietas est flagitorum om-
Aug.ad nium mater, culparumq; ma-
sacras teria, radix criminum, origo vi-
virgi- tiorum, turbatio capitis, subuer-
nes. sio sensus, tempestas lingue,
procella corporis, naufragium
castitatis, amissio temporis,in-
sania

fania voluntaria ignominiosus
languor, turpitudō morum, de-
decus vitā, honestatis infamia,
anīmæ corruptela.

Ebrietas in utroq; sexu cun- Ibidem
cta mala appetit, et nefanda cō-
mittit, &c, vt ait Apostol⁹, regna
cœlestia appetentibus denegat.

Quisquis immoderatus, con- Aug.
uiuioq; medius amissis mode- ibi.
stic frēnis infana fuerit ebrie-
tate prostratus, aduersus respi-
cit stantes, quos integros videre
nequit, aut sermone longo su-
perflua verba emittit, & vanæ
dicta componit malè clamans,
& bene sibi sonans.

Ebrius vultu deiecto supinus Ibidem
accumbit, & sui omnino ne-
scius spectaculū se cōuiuio p̄-
bet,

bet, & dum nihil consequitur
sanum, nullo alio cogente, præ-
ter vinū, cordis sui arcana pa-
tefacit, & amicorum sibi com-
missa secreta in mediū prodit.

Ibidem Assumit inter pocula iniu-
sta certamina, & nullis existen-
tibus causis asperam excitat ri-
xam, quia interponendo verba
vana, aliorum sana dicta non
patitur audire, sed in contume-
liā erigitur conuiuarū et proxi-
morū crimina. Vinum potatū
moderatè, est medicamentum:
plus iusto sumptū, venenū esse
cognoscitur. Iocunditati, non
ebrietati creata ē vini materia.

Ibidem Per vinolentiam plurimi plu-
rimæq; à sancto, pioque propo-
sito excidere, & sui obliti, amis-
sis

sis honoribus, ignobiles roman
serūt, et sedibus paternis pfugi,
vitā, vt sumpserunt, finierunt.

Innumerabiles iugum domi- Aug.ad
nationis dīu recusantes vino- sacras
lentia in alienum redegit arbi- virg.
trium. Alexander omnium vi-
ctor, vino victus est. Infiniti ve-
rò nimio vino impellente, iniu-
sta impiaq; homicidia com-
miserunt, quām plurimæ vrbes
diu obfessæ, nec raptæ, custodi-
bus somno vinoq; sepultis ab
hostibus patefactæ sunt, & in-
cendijs concrematæ.

In ebrijs non ratio vlla, non Aug.
vllum vitæ gerendæ consilium, ibi.
nec vlla artium, nec gestorum,
aut lectionū memoria, aut in-
dustriæ prouidentia est.

Ibidem Sobrietas in fœminis ad ter-
ram deponit aspectum, ebrietas
autem amillo pudore inuere-
cundos erigit vultus.

Ibidem Sobrietas cum summa tre-
pidatione et silentio irreprehen-
sibile emittit verbum : ebrietas
verò immoderatum facit fœ-
mina & sermonem & vultum.

**Aug. in
Epist.
140.** Valde turpe est , vt quem nō
vincit homo , vincat libido : &
obruatur vino , qui non vinci-
tur ferro.

**Aug. in
quodā
sermo.** Ebrietas est blandus dæmon,
dulce venenum , suave pecca-
tum, quam qui habet , seipsum
non habet: quam qui facit , pec-
catum non facit , sed ipse totus
est peccatum.

**Aug.
ibi,** *Quiçunque ad bibendum
pronus*

pronus fuerit, vel in conuiuio
suo alios suos adiurauit, pro se,
& pro ipsis in die iudicij reus
erit.

Ebriosus, quiūm absorbet vi- Aug. in
num, absorbetur à vino: abo- lib. de
minatur à Deo: despicitur ab pœni-
angelis: deridetur ab homini- tentia.
bus: destituitur à virtutibus: cō-
funditur à dæmonibus: cōcul-
catur ab hominibus.

Ebriosus confundit naturā: Ibidem
amittit gratiam: perdit gloriā:
incurrit damnationem æter-
nam.

Noë ad vnius horæ ebrieta- Hie. in
tem nudauit femoralia sua, epi. ad
quæ per sexcentos annos con- Occea-
texerat.

In vino luxuria est, & vbi cū-

que

Hiero. que saturitas, & ebrietas, ibi li-
super bido dominatur.

epist.ad Titum. Ebrietas est, per quam men-
titum. ti quedam sui obliuio genera-
Mid.li.3 tur ex superfluorum potuum
etimo- indulgentia.

logia- rum. Nihil est ita dæmoni ami-
Chrys- super Matth. cum, sicut ebrietas & lasciuia,
quæ est mater omnium vitio-
rum. Ante omnia autem vite-
tur à clericis, q̄ omnium pecca-
torum radix, ac nutrix est,

Hugo. de scto Vito. Ebrietas iudicium rationis
offuscat: contentiones & bella
procurat: robur & naturalem
virtutem eneruat: infirmitatem
generat: mortem naturalē ad-
ducit: rebus temporalibus spo-
liat, & quod deterius est, diui-
nam maledictionem inducit.

Ebrie-

Ebrietas in laico crimen est: Pe. Ra
in sacerdote sacrilegium: quia uen. in
alter animā suam necat viro, quodā
alter spiritum sanctitatis extin- sermo.
guit.

Ebrietas mater litium, furo- Pe. ibid
ris generatrix, petulantiae ma-
gistra, hanc qui habet, homo nō
est: hanc qui habet, non pecca-
tum facit, sed est ipse peccatum,
hęc enim est rabies voluntaria:
in uitatus hostis, illecebra hone-
statis, & pudoris iniuria.

Vbi enim regnat ebrietas, Pe. Ra-
ratio exulat, intellectus obtun- uen.
ditur, consilia deuiant, iudicia ibid.
subueituntur. Va. Ma

Vini usus Romanis fœ- li. 3. de
minis ignotus fuit, ne scilicet in mor. di
aliquod dedecus prolaberen- etiset fa
G tur, etis Ro.

tur, quia proximus à Libero p
atre intemperatia gradus ad in-
concessam Venerem esse con-
suevit. Quæcunq; enim fœmi-
na vini usum appetit immoder-
atè, et virtutibus ianuam clau-
dit, & delictis aperit.

Senec. Quemadmodum musto do-
84.epi. lia ipsa rumpuntur, & omne,
ad Lu- quod in imo iacet, in summam
cil. partē vis caloris elestat: sic vino
exastuante quicquid in imo ia-
cet abditum, effertur, & prodit
in mediū. Onerati mero quem-
admodum nō continēt cibū vi-
no redūdāte, ita nec secretū qđ
suū est, et alienū parit effundūt.

Senec. Audi quemadmodū Zenon
ibid. vir maximus colligat virū bo-
num non futurū ebrium. Ebrio
nemo

nemo secretum sermonem cōmittat. Vir ergo bonus ebrius non erit, quemadmodum opposita interrogatione simili derideatur, attende: dormienti nemo secretum cōmittit, viro autem bono cōmittit: vir ergo bonus non dormit.

Interim si hoc colligere vis, Sene, virum bonum nō debere ebrium ibid. fieri, cur simile agis? Dic quām turpe sit, plus cibi ingerere, q̄ capiat stomachus, & stomachi sui non nosse mensurā. Quā multa ebrij faciunt, quibus sobrij eru- bescunt? nihil aliud esse ebrietate q̄ voluntariā insaniā. Extēde in plures dies illū ebrij habitū, nunqđ de fure dubitabis? nunc quoq; nō est minor, sed breuior

Sene.
ibid.

Refertur Alexandri Macedonis exemplum: qui Clitum charissimum sibi ac fidelissimum inter epulas transfodit, & intellecto facinore, mori voluit. Cogita quas clades ediderit publica ebrietas: hæc acerimas gentes bellicosasque hostibus tradidit, hæc multorum annorum pertinacia bello defensa mœnia patefecit, hæc contumacissimos & iugum recusantes in alienum redegit arbitrium, invictos enim acie, mera domuit.

Sene.
ibid.

Alexandrum, cuius modò feci mentionem, qui tot itinera, tot prælia, tot hyemes, per quæ viæ temporū locorumq; difficultate transferat, tot flumina

mina ex ignoto cadentia , tot
maria tutū dimiserunt , intem-
perantia bibendi & ille Hercu-
laneus ac facilis cyphus sub-
mersit . Dic ergo , quare sapiens
non debeat ebrius fieri ? defor-
mitatem rei & importunita-
tem ostende rebus non verbis ,
quod facilimum est .

Nonnulli maiorem partem Sen. 58
noctis in conuiuijs exigunt , epist.
vino verò madentes , & mersi
vsque ad horam sextam dor-
miunt , hoc est matutinum eo-
rum .

Certè detegit omne vi- ibid.
tium ebrietas , & incendit , vbi
possedit animum nimia vis vi-
ni : quicquid male latebat ,
detegit , vel emergit , non fa-

cit ebrietas vitia , sed protrahit,
tunc impudicus morbum pro-
fitetur ac publicat , tunc petu-
lans non linguam , nō manum
continet , crescit insolēti super-
bia , crudelitas fæuo , malignitas
liuido , omne vitium grāssatur,
& prodit.

Sen. 85 Adijce illam ignorantia sui,
epist. dubia & parum explanata ver-
ba , incertos oculos gradum er-
rantem , vertiginē capitis , tecta
ipsa mobilia , velut aliquo tur-
bine circumagente totam do-
mū , stomachi torrentia , quū ef-
feruerescit merum , ac viscera ipsa
offendit : tunc tamen vtcunque
tolerabile est , dum illis vis sua
est , quod cū somno vitiatur , quæ
ebrietas fuit , crudelitas facta est .

Quæ

Quæ gloria est capere multū ? Sene.
quū enim penes te palma fue- ibid.
rit, & superstes toti cōuiuio fue-
ris, quum omnes viceris virtu-
te magnifica, & nemo vinitam
capax fuerit, vinceris à dolio.

Ebrietates continuæ animos Sene.
in furorem adducunt, nam quū ibid.
sæpe apud se nō sunt cōsuetu-
dine insaniæ, durata vitia : vino
tamē cōcepta etiā sine vino ya-
lēt, vinolentiā. n. violētia seq̄tur.
Absentē lēdit, q̄ cū ebrio litigat.

Quid turpius ebrioso? cui fœ- Sene. is
tor in ore, tremor in corpore? prou.
Qui promit stulta: prodit ocul Innoc.
ta: cui mens alienatur, facies de vili-
trásformatur: Nullū. n. secretū, tate cō-
vbi regnat ebrietas: Fœcūdi ca- dition.
lices quem non fecere disertū? huma-

Bernh. Vbi crapulam ruftantis in-
in epi. ter pocula senserit Christus, vi-
na sua dulciora super mel &
fauum menti propinare non di-
gnatur. Vbi curiosa ciborum
diuersitas, vbi diuitis supellecti-
lis discolorum varietas oculos
pariter pascit & ventrem, cœle-
stis panis ieiunam deserit men-
tem.

De Sobrietate.

Aug. li. ad sacr. virg. **S**Obrietas est mentis & sen-
sus, membrorum omnium,
corporisq; tutela, castitatis pu-
dicitiaeq; munimentum, pudo-
ri proxima, amicitiae pacisque
serua, honestatiq; semper con-
iuncta,

iuncta, criminumque & vicio-
rum omnium profuga.

Sobrietas, est recti iudicij te- Ibidem
nax, memorie recordationis-
que inseparabilis sapientiae se-
cretorum custos, arcani vela-
men: lectionum & doctrinæ ca-
pax: studiorū & artium bonarū
disciplina pariter & magistra:
ingeniorum & capiendorum
pedissequa: bonæ famæ semper
auida, salubria atque utilia cre-
ans: virtutis singulare auxiliū:
cuncta cum ratione disponens,
in congregatiōne honestorum
se semper ingerens.

Sobrietas temeritatem fu- Augusti
git, pericula cūcta declinat, mu-
tuis officijs obtemperat: super-
bia m̄ detestatur, domum fami-

G v liamque

Iiamque cum moderatione gu-
bernat, fidem sibi committen-
tibus seruat.

bidem Sobrietatis perseverantia, in-
stabilis est animi fortitudo,
oēs eam virtutes & omnes lau-
dū tituli cōcupiscūt: qā sine ipsā
ornari aut placere nō possunt.

Chrys. Simplicior vīctus, & mensa
mediocris plurimum iucundi-
tatis habet & voluptatis: econ-
trariò verò diuitū mensæ ex-
crabiles quidē et horridē, ac mē-
brorum cōtaminationis plenē.

Orig. Sobrietas omnium virtutum
o. 87. mater est, sic econtrario ebrie-
tas omnium vitiorum origo.

Caf. su- Sobrietas felix, satietas saluta-
er psal ris, que qitantō copiosius sumi-
2. tur, tantō magis sobrietatem
mentibus

mentibus donare dignatur.

Recens escæ perceptio tā in Ioan.
vespertinis q̄ nocturnis oratio- Ca. in
nibus leuem tenuemq; sensum colla.
nō sinit inneniri, ideoq; satis cō abbatis
modū & utile hora nona refe- Moysi.
Etionis tēpus indultū est, in quo ca. 26.
reficiens stomachus non solūm
in nocturnis vigilijs leuis ac va-
cuus, verum etiam in ipsis ve-
spertinis solennitatibus digesto
iam cibo aptissimus inuenitur.

Si qd naturæ satis est, replere Boe. de
indigentia velis, nihil est quod conso.
fortunę affluentia petas, paucis lib. 2.
. n. minimisq; natura contenta
est, cuius satietatē si superfluiis
velis regere, aut iniucundum
quod infuderis fiet aut noxiū.

Hanc sanā ac salubrē formā Sene.

vita epi. 8.

vitæ tenete, vt corpori tantum
indulgeatis, quantū bonæ va-
letudini satis est. Cibus famem
sedet, potio sitim extinguat, ve-
stis frigus arceat, domus muni-
mentū sit aduersus infesta cor-
poris, hanc vtrum cespes erexes-
rit, an vanus lapis gentis alic-
iæ, nihil interest. Scitote tam be-
ne hominem culmo, quam au-
ro tegi. Cogitate nihil præter
animum esse mirabile, cui ma-
gno nihil magnum est.

Seneca Sine fastidio implendus est
epi. 21. venter. Quid enim ad rem per-
tinet, quid accipiat, perditurus
quicquid acceperit?

Cul. de Sobrietas, est affectus mo-
ffic. derationis cōtra incentiuā cra-
pulæ & diluuium ebrietatis.

FINIS.

DILINGÆ
EXCVDEBAT SE-
BALDVS MAYER.


Anno M. D. LX.

THE KING

THE KING


THE KING

THE KING



E 15055 m

OCH 65232030



Signum 2 p

и огненемъртв

त्रिविद्या त्रिविद्या
त्रिविद्या त्रिविद्या
त्रिविद्या त्रिविद्या

312. 43

